**145** Ps 118,145-152 **146** Ps 118,153-160 **147** Ps 118,161-168 **148** Ps 118, 169-176 **149** Ps 119 **150** Ps 120

---

**140** [3] calores] calorem
**143** (Br 955) [1] tempore] tempora [2] temporis] tempore
**144** (Br 955)

**152** *IMNUS.*

Auctor perennis glorie,
qui septiformis gratie
da[n]s spiritum credentibus
adsiste mitis omnibus.

Expelle morbis [1] corporum
[f. 81v] mentis remobe scandalum,
restingue [2] uirus criminum
fuga dolores cordium.

Ut cum prece<s> susceperis
clemens tuarum plebium,
reddamus omnes gloriam
trino deo per secula. Amen.

**153** *ALIO.*

Octabus ore circulus
iam uergit et nos instruit,
diem futuri examinis
defflere cum suspiriis.

Septem dierum curribus
nunc tempus omne ducitur
octabus ille ultimum [1]
erit dies iudicii.

In quo redemtor seculi
non nos in ira arguas,
<s>et a sinistris libera,
ad dexteram nos conloca.

[f. 82] Presta.

**154** Bonum est confi(teri).

**155** Benedictus es domine deus. Et benedictum. Benedictus es in tem(plo).

**156** *LXXXV. ORATIO DAVID.* Inclina domine aurem tuam... [f. 82v] ... Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo et honorificabo [...

---

**156** Ps 85,1-12

---

**152** (Br 937 Blume 106) 1 morbis] morbos 2 restingue] rescinde
**153** (Br 938 Blume 105) 1 ultimum] ultimus
**156** Faltan folios

## <ORDO AD RECITANDUM NONA>

**157** *<CONPLETURIA>* ... [f. 83] reuertendi ad superos. Quesumus ut ita nostro conplaceris obsequio, quatenus illic post transitum properemus gressu perconcitu, quo tu nostra precessisti redemtio. Pater.

**158** *BENEDICTIO.* Salba plebem tuam domine, quam tu ipse creasti. Amen. Benedic hereditatem tuam, quam pretioso sanguine redemisti. Amen. Et rege eam et extolle eam usque in sempiternum, et in seculum seculi. Amen.

## ORDO DECIMA ET VNDECIMA ET DUODECIMA CONIUNCTE IN UNUM

**159** Deus in adiuto(rium). Deus in adiu(torium). Gloria et (honor). Deus in adiu(torium).

**160** [83v] Domine clamabi ad te et exaudi me... [f. 84v] ... donec transeam. Gloria.

**161** Qui confidunt in domino sicut mons syon... [f. 85] iniquitatem. pax super srael. Gloria.

**162** *CXXV. CANTICUM GRADUM.* In conuertendo dominus captibitatem syon... [f. 85v] ... manipulos suos. Gloria.

**163** *CXXVI. CANTICUM GRADUM.* Nisi dominus edificaberit domum... [f. 86] ... in porta. Gloria.

**164** *CXXVII. CANTICUM GRADUM.* Beati omnes qui timent dominum... [f. 86v] ... pax super srael. Gloria.

**165** *CXXVIII. CANTICUM GRADUUM.* Sepe expugnaberunt me a iubentute mea... [f. 87] ... in nomine domini. Gloria.

**166** *CXXVIIII. CANTICUM GRADUUM.* De profundis clamabi ad te domine... [f. 87v] ...iniquitatibus eius. Gloria.

**167** *CANTICUM GRADUM.* Domine non est exaltatum cor nostrum... [f. 89] ... et usque in seculum. Gloria.

**168** *CANTICUM GRADUM.* Memento domine dauid et omnis mansuetudinis eius... [f. 90] ... santificatio mea. Gloria.

**169** Repleatur os meum deus laudem tuam. [f. 90v] Ut possim cantare tota die magnificentias tuas.

---

**160** Ps 140 **161** Ps 124 **162** Ps 125 **163** Ps 126 **164** Ps 127 **165** Ps 128 **166** Ps 129 **167** Ps 130 **168** Ps 131

---

**157** (Br 959) Toledo 33.3 (= Apéndice, n.º 16)
**158** (Br 959) Tol. 33.3 (= Apéndice, n.º 17).

170 *IMNUM.*

Iam dena nos preceptio
legis sacrate premonet,
ut in tenebris seculi
non militemus [1] crimini.

Pro [2] id deus te poscimus
ut nos placatus corrigas,
offensa nostra diluas
aduersa queque arceas.

Tu esto nostrum gaudium
qui es futurum premium,
sit nostra in te gloria
per cuncta semper secula. Amen.

171 *ALIO.*

Oris peractis undecim
ru[g]it dies in uesperum,
solbamus omne deuitum
mentis benigne canticum.

Labor diurnis transiit
qua [1] christe nos conduxeras,
da iam colonis [f. 91] uinee
promissa dona gratie.

Mercedem quique [2] aduocas
quos ad futurum muneras,
nos in labore adiuba
et post laborem recrea.

172 *ALIO.*

Quotquot diei <de>termina<n>t
ore deus piissime
laudis honoris deuiti [1]
persolbit iste gres tibi.

Iam [2] nu<n>c dies in uesperum
transit superne lucifer,
exurge, mentes innoba
iam spiritali gratia.

Discedat umbra criminum
pellatur ira demonum
cubile nostrum uisita
tua deus custodia.

---

**170** (Br 938 Blume 105) [1] militemus] militemur [2] pro id] ob hoc
**171** (Br 938 Blume 106) [1] qua] quo [2] quique] quoque
**172** (Br 939 Blume 106) [1] deuiti] debitas [2] iam nuc] iacet nunc *Br*, cadens *Blu.*

**173** Bonum est confiteri domino.

**174** Gloria in excelsis deo.

**175** Credo in deum.

**176** Fiat domine misericordia tua.

**177** Pater noster qui es.

**178** Deus miserere *tribus uicibus.*

**179** Miserere nobis domine miserere [f. 91v] benignus, et hunc psalmodie cursum, quod per singulis oris diei canimus, quesumus ut acceptum habeas propitius. Ne reminiscaris nostrarum offensionum errata, set postulantium quamtotius exaudire dignare precamina. Ut qui nunc in finem presentem diei imnidicum anelantes persolbimus famulatum, in susceptionem noctis huius aperias os nostrum iubilo laudum, et ratum tibi efficias orationum nostrarum sacrificium uespertinum. Amen.

**180** *Sicque uespera in ordine celebratur.* [f. 92]

**181** *In regulari quippe ordine institutum est, ut accedentes ad refectione<m> recitent et sic reficiant:*

**182** Deus in adiutorium. Ecce quam bonum. Occuli hominum. Aperis tu manum tuam. Edent pauperes.

### BENEDICTIO AD MENSAM

**183** Sanctifica domine hanc escam et potum, quam in nomine tuo accepturi sumus. Ut per manus sancti angeli tui sanctificatum sumere mereamur. Amen.

**184** In nomine domini nostri iesu christi reficiamus cum pace.

**185** *Et dum cenant silentium fit, ita ut liber regularis legatur, ne fabule uulgales intromittantur.*

**186** *Explicita cena dicitur hunc uersum:*
Refecisti nos domine in factura tua, et in operibus manu<u>m tuarum exultabimus. Gloria et honor.

**187** *ORATIO.* [f. 92v] Refecisti nos domine cibo et potu carnali, refice dono spiritali. Et tibi semper gratias agamus inlesi. Amen.

## ORDO ANTE CONPLETA

**188** Quam magnificata sunt opera tua domine, omnia in sapientia fecisti, [f. 93] repleta est terra creatura tua.
Quam mag(nificata). Quam magnifi(cata).

**189** Qui dat escam omni carni, quoniam in seculum misericordia eius. Gloria et.

**190** Confitemini deo celi, quoniam in seculum misericordia eius. Confitemini deo celi quoniam in eternum misericordia eius. Gloria.

**191** Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Gloria et.

---

**183-186** (Cf. Br 972)
**188-191** (Br 960)

**192** *<IMNUS>*

Ciuis resumtis congruis
cena peractis usibus,
ad te redemtor inclite
laudes uenimus promere.

Ocurre nobis ocius
tollas ciui grabedinem,
corpus perandum [1] ad precem
confessionis dans fidem.

[f. 93v] Ut quidquid ore promimus
tuis sacris in laudibus,
nobis coronas conferas [2]
soli deo dans gloriam.

Presta.

## ORDO AD CONPLETA

**193** Signatum est super nos lumen uultus tui domine...constituisti me. Gloria.

**194** Laus tibi. Laus tibi. Laus tibi domine. Rex eterne glorie. Alleluia. Alleluia. Alleluia.

**195** Ecce nunc benedicite domino [f. 94] ... celum et terram. Gloria et.

**196** Laus tibi. Laus tibi. Laus tibi domine. Rex eterne glorie. Alleluia. Alleluia. Alleluia.

**197** Benedictus es domine deus patrum nostrorum et laudabilis et gloriosus in secula.

**198** Dignare domine noctem istam sine tribulatione, et a peccato nos custodire.
Miserere nobis domine, miserere nobis.
[f. 94v] Quoniam tu es protector meus domine, in manus tuas conmendo spiritum meum.
Redemisti nos domine, deus ueritatis.
Custodi me domine ut pupillam occuli, sun umbra alarum tuarum protege me.

---

**193** Ps 4,7-10 **195** Ps 133

---

**192** (Br 960) [1] perandum] parandum [2] conferas] conferens Br
**193-198** (BR 961)

**199** *<IMNUS>*

Sol angelorum respice
que<m> concupiscis [1] mentium
intenta uisu castitas
sursum manentem cernere.

Quo cuncta pollent celitus
cursu recursu[m] prospera [2]
quo uita constat omnium
intende grates supplicum.

Da serbulis custodia
qua temperentur comoda
aduersa sint innoxia
[f. 95] corrupta ne scit [3] pectora.

Frugalitas tu sensuum
sator, salus, refectio,
potus cibique, [4] gaudium,
lux, adque uirtus cordium.

Repelle membris lubrica<m>
ne polluat, lasciuia<m>
ne feda uexet passio
culpetque mentis hactio.

Virtutis infer[s] copia<m>
que [5] conferas clementia<m>
obliti [6] sunt peccaminum
dones quieti temporum.

Votis rogamus affatim
superna pax inlabere
quo cuncta tuta perpetim
serues subhactis scandalis.

Gloria patri ingenito
gloria unigenito,
una cum sancto spiritu
in sempiterna secula. Amen.

**200** Respice et exaudi me domine deus meus inlumina occulos meos [f. 95v] ne umquam obdormiam in morte.

**201** Qui abitat in adiutorium altissimi... [f. 96v] ... salutare meum. Gloria.

---

**201** Ps 90

---

**199** (Br 961 Blume 110) [1] concupiscis] concupiscit [2] prospera] prospero [3] scit] sint [4] cibique] cibusque [5] que] qua [6] obliti sunt] oblitus ut

**202** *VR.* Scuto circumdabit te ueritas eius non timebis a timore nocturno. Si ascendero in lectum stratus mei memor esto.
Si dedero somnum oculis meis aut palfebris meis dormitationem aut requiem temporibus meis. memor esto mi domine.
Donec inueniam locum domino tabernaculum deo iacob memor esto mei domine.
[f. 97] Gloria et honor patri et filio et spiritui samcto. Memor esto mei domine.
Sicut erat in principio et nunc et semper. et in secula seculorum. Amen. Memor esto mei domine.
Si ascendero in lectum stratus mei. Memor esto mei domine.
Te precor domine auctor lucis et diei ne derelinquas me sed memor esto mei.
Per diem salbasti nos domine et nocte custodi nos ihesu criste.

**203** *<IMNUS>.*

Cultor dei memento
te fontis et labacri[s]
rorem sub[1] ipso sacrum
te crismate innobatum.

Fa<c> cum uocante somno
castum petens cubile
frontem locumque cordis
crucis figura signet. [f. 97v]

Crux pellit omne crimen
fugiant crucem tenebre
tale[2] dicata signo
mens fluctuare nescit.

Procul procul uagantum
portante[3] somniorum
procul esto peruicax[4]
prestigiator astu.

O tortuose serpens
qui mille per meandros,
fraudesque flexuosas
agitas quieta cordis.[5]

Discede christus hic est
hic christus est liquesce,
signum quod ipse nosti
damnem[6] tuam caterbam.

Corpus licet fatesce<n>s
iacet[7] reclinet pau[lu]lum,

**203** (Br 962) [1] sub ipso] subisse [2] tale] tali [3] portante] portenta [4] peruicax] peruicaci [5] cordis] corda [6] damnem] damnat [7] iacet] iacens

christum tamen sub ipso
meditabimur sopore.

Gloria deo patri
et christo uibo regi,
paraclito- [f. 98] que sancto
et nunc et in eternum. Amen.

**204** *CL(A)M(OR).* Redime domine animas serborum tuorum et non derelinquas omnes qui sperant in te.
Miserere nobis deus miserere nobis propitius esto peccatoribus nobis.
Parce precor iam deus parce precor eis conterens bella et amobe placa.

**205** Oremus. Pastorem eternum dominum iesum christum cum omni prece rogemus. Ut nos in hac nocte uel in omni tempore angelica custodia tueatur et hostem callidum cum actibus suis procul a cordibus uel a cubilibus nostris expellere et effugare dignetur.

**206** Oremus. Pastorem. Ut nos in hac nocte uel in omni tempore ab insidiis inimicorum liberare dignetur.

**207** [f. 98v] Oremus. Pastorem. <U>t nos in hac nocte et omni[que] tempore per angelum suum sanctum propitius uisitare et custodire dignetur.

**208** *CONPLETURIA DOMINICALE.* Respice domine super nos, et uigila super obes gregis tui, ne fur nocturnus subripiat et furetur.
Tu es enim domine qui non dormis, neque obdormitas ad custodiendum nos. Inlumina domine cor nostrum lumine ueritatis tue, ut tua misericordia semper fulgeat in cordibus nostris. Pater.

**209** *BENEDICTIO.* Gregem tuum domine ne deseras, pastor bone, uisitator animarum. Amen. Fuga insidiantem lupum, ut [f. 99] nullum nobis nocendi reperiat locum. Amen. Nocturnum furem interfice christe, ut obes gregis tui in lumine constituti integro possint semper numero permanere. Amen.

**210** *DIE DOMINICO EXIENTE. CONPLETURIA.* Domine in angustiis nostris cito succurre, et inimicum cum suis hactibus procul a nobis repelle. Multas enim insidias preparat iniquissimus hostis, set tu qui es adiutor fortis erue et libera nos de laque<o> mortis. Pater.

**211** *BENEDICTIO.* Dominus iesus christus in hac nocte custodiat. Amen. Sanctificet corda et corpora nostra. Et in bonis hactibus conpleat deus desideria nostra. Amen. [f. 99v]

**212** *II[a] FERIA. CONPLETURIA.* Noctem nostram inlumina eterne omnipotens deus, et effice nos famulos tuos dormire a uitiis, et uirtutibus sanctorum angelorum excitari. Ut securi ab omni inquietudine tenebrarum, te ausiliante [h]ac protegente ad diem clarum sine macula peruenire mereamur obtamus. Pater.

---

**205-207** (Cf. Br 963)
**208** (Br 963)
**209** (Br 963)
**211** (Cf. Br 963 D)
**212** (Br 967)

**213** *BENEDICTIO.* Crux domini nostri iesu christi, a timore uos deffendat inimici. Amen. Lux ueritatis expellat a uobis, omnes tenebras cecitatis. Amen. Ut eius uexillo inluminatione salbati, eternam benedictionem ipso largiente floreatis. Amen. [f. 100]

**214** *IIIª FERIA. <CONPLETURIA>* Custodi domine animas nostras, [h]ac de manu temtationis erue. Elonga a nobis nocturnum furem, et insidias falsitatis eius a nobis reppelle. Quia ille milleformis in nocturnis temporibus adest, querens[1] quem uigilantem superare non poteest. Set tu domine ut bonus pastor et altissimus gubernator, gregem tuum ne deseras, animam tuam pro obibus posuisti, ut nos tuo pretioso sanguine redemisti, salba nos. Pater.

**215** *BENEDICTIO.* Gregem tuum pastor bone placatus adtende, et hos [f. 100v] famulos tuos de tuis benedictionibus reple. Amen.
Colomitate<m> mentis et corporis tribue, et perpetuam salutem concede. Amen. Dona nobis tempora quieta et pacifica, ut tibi serbiamus mente deuota. Amen.

**216** *IIIIª FERIA. <CONPLETURIA>* Custodi nos domine quiescentes in hac nocte, et uelociter exaudire dignare, quas coram te fundimus preces. Et ut in tenebris non timeamus inimicum temtatorem, circumualla nos fortitudinis cruce[m]. Pater.

**217** *BENEDICTIO.* Benedictionum suarum super uos dominus benignus imbrem infundat, [f. 101] et trinitas inseparabilis a uobis numquam recedat. Amen. Angelica uisitatione uos protegat, et nocturnum furem a cubilibus uestris expellat. Amen. Ut cingulo castitatis et caritatis adstricti, nulla uos ludificationis deterreat inmici. Amen.

**218** *Vª FERIA. CONPLETURIA.* Custodi nos domine, sicut exaudire et custodire dignatus fuisti sanctum danielem orantem in lacu[m] leonis, et non tetigerunt illum bestie, quia fortissima eum tua tegebat dextera. Fera<e> ferocis ante eum se soluebant, et orantem deum celi fatebant. [f. 101v] Fulgeat in nobis domine tuus christus, fugeat a cordibus uel a cubilibus nostris perfidus inimicus. Pater.

**219** *BENEDICTIO.* Omnipotens deus qui es lumen uerum, inlabere quesumus sensibus famulorum tuorum. Amen. Custodi gregem, et lupum insidiatorem repelle. Amen. Omnium corda et pectora conserba, et nocturnum furem cum angelis suis ab eis procul effuga. Amen.

**220** *VIª FERIA. <CONPLETURIA>* Si qua domine in hac die peccata contraximus opere, sermone et cogitatione, tu dimitte. Et ha<n>c nobis noctem tranquillam, [f. 102] pacificam et securam, [h]ac sine peccato concedere dignare. Pater.

---

**213** (Br 967)
**214** (Br 967 D) querens] + decipere dormientem *Br*
**215** (Br 968)
**216** (Br 968)
**217** (Br 968)
**218** (Br 968)
**219** (Br 968)
**220** (Br 967 D)

**221** *BENEDICTIO.* Exaudiat uos dominus et benedicat. Amen. Protegat, muniat, et ab omnis malo deffendat. Amen. Ut sub umbra alarum suarum, uos in hac nocte uel in omni tempore custodiat. Amen.

## ORDO POST CONPLETA

**222** *Post conpleta uero salutat sacerdos et inponit hunc uersum*: Respice et exaudi me domine deus meus inlumina occulos meos ne unquam obdormiam in morte. Respice. Gloria. Respice.

**223** *Deinde LAUDES. In diebus uero dominicis sibe festibitatibus precipuis canuntur XII salmi qui secuntur* [f. 102v] *in ordine, et sic canitur huno responsum.*

**224** *RS.* Gregem tuum domine ne deseras. Pastor bone qui dormire nescis inuigila. *VR.* Et ne nocturnis terroribus fatigemur celestem super nos uelamen pretende. Pastor.

**225** *LECTIO LIBRI EZECIELIS PROFETE.* Hec dicit dominus. Salbabo gregem, et non erit ultra in rapina...securi dormient. Ayt dominus omnipotens.

**226** *EPISTOLA PAULI APOSTOLI AD PHILIPENSES.* Fratres, petitiones uestre innotescant apud deum... [f. 103] ... uestras. Per fidem que est in christo iesu domino nostro. Amen.

**227** *LDS.* Alleluia alleluia. A laqueo uenantium et uerbo aspero libera nos deus noster alleluia. A labiis iniquis et lingua dolosa maligna erue nos criste deus all(elui)a.

**228** *LDS. DOMINICALES.* Alleluia alleluia alleluia alleluia alleluia alleluia. Inlumina domi<ne> oculos nostros ne umquam obdormiamus in morte[m] alleluia. Confirma super nos misericordiam tuam et ueritas tua maneat nobiscum in eternum alleluia.

**229** *DOMINICALES UEL DE XL*$^{ma}$. [f. 103v] Alleluia alleluia. Laus tibi domine rex eterne glorie. Salba plebem tuam domine alleluia. Rex. Rege eum domine. Rex. Quam redemisti tuo sanguine. Rex.

**230** *IMNUS DICENDUS INFRA EBDOMADA.*

Obsidiones obias
paremus omnes carminum,
contra tenebrarum ducem,
contra <te>trum satellitum.[1]

Manus perarmet spes fidem[2]
lumbos, ualens crux obtegat,
cingamur ense spiritus
propter timores noctium.

---

**225** Ez 34,22-25 **226** Ph 4,6-7

---

**221** (Br 968 D)
**230** (Br 964 Blume 101) [1] satellitum] satellitem [2] fidem] fides

Iesu manu fortissime[3]
salba [f. 104] fideles per fidem
auerte aduersos cruce
in pace cuncta [nos] protege.

**231** *ALIUS.*

Adsunt tenebre prime
noctis tetre excursis[1]
cum canticis et imnis
nunc dedicemus[2] omnes.

Nunc[3] tempus illut hoc est
quod iheremias dicit
surgendum esse nobis
primordio in noctis.

Nos spiritu perarma
inuicta radix dauid
disrumpe uincla noctis
et da iubar salutis.

Somno[4] quies sit grata
mens peruigil resurgat
non sordidemur actu
nec spiritu grabemur.

Sed corpore et mente
spiritu ferbente
uestigio inpigro
te consequamur christe.

**232** [f. 104v] *ALIUS.*

Noctis tetre primordio[1]
in laudibus transegimus,
nunc te precamur trinitas
ut precinentes audias.

Tu omnibus da gratiam
tu fessa queque alleba
errata dele criminum
exclude iuge scandalum.

Lux uera nos inluminet
mentis tenebras effuget
ut pax abundet omnibus
qui te creator credimus.

---

**230** [3] fortissime] fortissima
**231** (Br 965 Blume 110) [1] excursis] excursu [2] dedicemus] dedicemur [3] nunc] nam [4] somno] somni
**232** (Br 965 Blume 107) [1] primordio] primordia

233 *ALIUS.*

Quieti tempus adest
quo fessa membra quies
obtineat innocens
et christo uigilet mens

Pelle a nobis deus
rogamus omne tetrum
anguis prisci[s] malignus [1]
uirusque mortiferum.

[f. 105] Ut sub umbra alarum
tutissima tuarum
protecti maneamus
<ad> tuasque laudes surgamus.

Sit gloria et potestas
deo patri et proli
paraclito quoequali[s]
<in> seculorum seculis. Amen.

234 *ITEM IMNUS DOMINICALES.*

Christe qui lux es et dies
noctis tenebras detege,
lux ipse lucem crederis [1]
lumen beatum predicans.

Precamur sancte domine
defende nos in haç nocte,
ut nobis in te requies
quietam noctem tribue.

Ne grabis somnus inruat
hostis nobis subripiat,
caro illi consentiat [2]
[f. 105v] nos tibi reos statuat.

Occuli somnum capiant
cor ad te semper uigilet,
dextera tua protege [3]
famulos qui te diligunt.

Defensor noster aspice
insidiantem reprime,
guberna tuos famulos
quo<s> sanguine mercatus es[t].

---

**233** (Br 965 Blume 110) [1] malignus] malignum
**234** (Br 966 Blume 111) [1] crederis] praeferens [2] consentiat] consemtiens [3] protege] protegat

Memento nostri domine
in grabe[4] isto corpore,
qui es defensor anime
adesto nobis domine.

Tetre noctis insidie[5]
huius timoris libera,
tue lucis magnalia[6]
totum corum inlumina.

Gloria patri ingenito
et christo regi domino
una cum sancto spiritu
in sempiterna secula. Amen.

235 *ALIUS.* [f. 106]

Lucis auctor clemens, lumen inmensum,
lumen cuius fulget sanctus eternus
christus, cum quo regnat cum ipso in unum
et sanctus spiritus una potestas.

Tetre noctis huius calliginem pelle,
serpentisque fraude<m> quesumus fuga,
nos armatos crucis signaculo salba,
sacrosancto tuo nomine dita.

Quos peccati mole grauide pressit[1]
sua mille formis fraude decepit,
se uictorem gaudens, quoque se uictum
agnoscat[2] uirtute[m] omnipotentis.

Pater inmortalis omnium pastor,
[f. 106v] inuidentem hostem confringe[3] saluator
lumen nobis prebe perene de sancto,
nos[4] eterne uite redde beatos.

Redemtor excelse rex omnis terre
delictorum pius gemitus adtende,
lumen[5] nobis prebe de ffonte perenne
tenebroso[6] calle non pabeamus.

Noctem nobis istam dona quietam
inimicum hostem fuga a nobis,
cricis signum uincat [et] om<n>e inicu<u>m
te christe rogamus mane nobiscum.

---

**234** [4] grabe] graui [5] insidie] insidias [6] magnalia] magnalibus

**235** (Br 966 Blume 112) [1] pressit] pressos [2] agnoscat] cognoscat [3] confringe saluator] frange fuscantem [4] nos...beatos = 5,4 [5] lumen...perenne] Insidiantem hostem cofringe saluator *Br, Blu* [6] tenebroso...pabeamus = 4,4

Gloria et honor deitati [7] trino
<in>genito [a] deo genitoque nostro [8]
spirituque simul paraclito sancto
cuius uerbo clare<n>t secula cuncta. Amen.

**236** [f. 107] *L.<PS>* Miserere mei deus. Gloria et honor.

**237** Scuto circum(dabit). K.K.K.

**238** Pater noster qui es.

**239** *PETITIO.* In hac nocte uel in omni tempore salbator mundi salba nos iesu bone deus noster qui uibis et regnas in secula seculorum. Amen.

## PRECES DOMINICALES

**240** Miserere domine miserere nobis tibi soli peccabimus indulge nobis rogamus.
Lapsi sumus grabiter in peccatis magnis. ueniam precamur christe parce nostris delictis. Miserere.
Scelus flemur admissum non reddas ut meremur pater pie dele noxa et errata relaxa. Miserere.
Penitentibus re[g]is conuersis religiosis. [f. 107v] cor contritum et elisis iam succurre rex celestis. Miserere.
Pauperibus egenis iterantibus naufragis. lapsis uiduis pupillis iam succurre rex celestis. Miserere.
Peregrinis oppresis. dispersis et cabtibis uinctis egris et defunctis. iam succurre rex celestis. Miserere.
Quis est homo domine ut ei indigneris. aut genus corruptibile. ut ita amarisceris de ipso. Miserere.
Nemo de genitus est qui non inpie gessit nec de confitentibus qui tibi non deliquid. Miserere.
In hoc nuntiabitur bonitas tua deus cum miseratus fueris iniquitatibus nostris. Miserere.
[f. 108] Si peccabimus in te tui sumus christe expectamus domine misericordiam tuam. Miserere.

**241** Deus miserere deus miserere miserere deus deus miserere. Christe miserere.
Tu pastor es obis tu uia[m] salutis. tu uictor perennis tu traditus pro nobis. Christe parce nobis. K. deus.
Tu cecis uisum tu surdis auditum tu mutis eloquium. adque claudis gressum christe dei filius. K. deus.
Tu dele peccata ignosce delicta coibe pena et extingue flamma tribue corona. K. deus.
Viduis tuere orfanis protege cabtibis deffende tribulatos consola succurre defunctis. K. deus miserere.
[f. 108v] Egenis guberna dispersis congrega errantes emenda nauigantes confirma succurre defunctis. K. deus.
Tu sana infirmis reuoca cabtibis collige dispersis subueni oppressis succurre defunctis. deus.

---

**235** [7] deitati trino] potestas et uirtus *Br, Blu* [8] nostro] christo

### II$^{a}$ FERIA

**242** Miserere miserere miserere iesu bone. peccatis nostris finem pone. Prosternati omnes rogamus. ut ignoscas supplicamus. et dimittas exoratus. Miserere.
Audi christe et intende. et gementes consolare. pater pie rex eterne. Miserere.
Factor noster et redemtor plebi tue sis protector peccatorumque indultor. Miserere.
Tu pro nobis formam serbi adsumere uoluisti. iam memento seruis tuis. Miserere.
[f. 109] Qui lazarum quadriduanum de sepulcro suscitasti gloriam tuam manifestasti. Miserere.
Qui latronem confitentem paradiso conlocasti. et alium condemnasti. Miserere.
Crucis tue nos protege quos per eam redemisti. dextera tua nos custodi. Miserere.
Peregrinis seu genis uiduis adque pupillis. protector pius esto illis. Miserere.
Defunctis requiem dona. paradisique concede in eterna emenitate. Miserere.

### III$^{a}$ FERIA

**243** Domine miserere nobis. domine miserere nobis et exaudi plebem tuam.
Domine audi nos clamantes. et peccata deplorantes. Domine.
Domine audi nos indignos. tu misericors et pius. Domine.
[f. 109v] Domine uide lacrimantes. consolare penitentes. Domine.
Domine audi sacerdotes. cleros omnes et abbates. Domine.
Domine audi nabigantes. da prosperum iterantes. Domine.
Domine redde peregrinis. et redime iam cabtibis. Domine.
Domine tu sana infirmis. et da requiem defunctis. Domine.

### IIII$^{a}$ FERIA ALIA

**244** *Miserere miserere miserere nobis deus ne nos iudices in ira.*
Mundi rector et redemtor iesu christe rerum auctor. ne nos. K. mi(serere).
Qui exaudis obsecrantes et gementes intueris. ne nos. K. mi(serere).
[f. 110] Qui expectas penitentes. et peccata deplorantes. ne nos. K. mis(erere).
Sacerdotum audi preces aures tuas inplorantes. ne nos. K. mi(serere).
Parce nostris iam delictis. fabens uultu pietatis. ne nos. K. mi(serere).
Regem nostrum adque plebem. intuere de excelsis. ne nos. K. mi(serere).
Peccabimus tibi deus. indulgentiam postulamus. ne nos.

### ALIA V$^{a}$ FERIA

**245** Miserere miserator. et esto placatus miseratus te hostende peccata dimitte.

Ex maria natus homo in natura deus. remitte iniquitates quas tibi peccamus. K. mi(serere).

Ut teque semper in celis. credimus regnantem [f. 110v] ita careamus mala te auxiliante. K. mi(serere).

Grex tuus tibi fatetur mala que conmisit tu pastor sancte tuere ab hoste uorante. K. mi(serere).

Te oramus te precamur sancte pie deus. ut nos respicias christe miseros placatus. K. mi(serere).

Adgrabati iugis euis peccata plorantes. non sinas quos adquisisti ab anguibus lederi. K. mi(serere).

A<u>di iam nostrorum preces pie [h]ac benigne. et ignosce quod fatemur multaque comissa. K. mi(serere).

Eclesie catholice totius conuentum. ad te proclamante locum quietis inperti. miserere.

Peregrinis seu egenis patriam redire egris tribue salutem defunctis requiem. miserere.

### VIª FERIA

**246** Miserere nobis deus miserere nobis et esto placatus miserere nobis deus miserere nobis et esto placatus.

[f. 111] Audi christe et intende preces supplicantum et auerte iram facinus remitte uinctis. et quietem dona populo precanti. miserere.

Omnes simul te precamur iesu bone deus. ut inclines orbem. tuam precibus cunctorum supplicum tuorum clemens redemtorum. K. mi(serere).

Scelus aufer tolle ulcus et pestem remobe gratiam concede pelle iram pelle morbos et adesto mitis nobis exoratus.

Prebe pacem da quietem et tranquillitatem temporum presentem mitte angelum salutis et fabe precantum de excelsis tuis. K. mi(serere).

Esto nobis domine iugiter defensor simul et protector summe arma et exurge et fer opem nobis et adesto clemens. K. mi(serere).

Crucis tue nos uexillo munitos. abeto [f. 111v] tempore perenne sanguinis et signi fabe katerbe fideli teque deprecanti. miserere.

Non nos iudices in ira tempore futuro. presseris cum orbem set sanctorum turmis iunge quibus redemisti sanguinis cruce. miserere.

### SABBATO ALIA.

**247** Indulgentiam clamemus deus da nobis ueniam indulgentia clamemus deus da nobis ueniam indulgentia clamemus deus da nobis ueniam.

Ad te clamamus domine. precamur ut exaudias. K. in(dulgentia).

Audi deus uiduas. et orfanorum lacrimas. K. in(dulgentia).

Mala patentes domine. precamur ut exaudias. in(dulgentia).

Omnes infirmos uisita tutelam presta orfanis. in(dulgentia).

Omnes captibos domine tu redde illis patriam. K. in(dulgentia).

Omnes defunctos domine concede illis patriam. in(dulgentia).

Omnes defunctos domine concede illis requiem. in(dulgentia).

[f. 112] ALIA.

**248** Domine miserere nobis domine miserere nobis et auerte iram tuam. Domine propter temetipsum. suscipe singulorum precum. et auerte iram tuam. K.
Domine ne spernas plebem. qui tuam rogant pietatem. et auerte iram tuam. K.
Domine ueniam concede. succurre et iam miserere. et auerte.
Domine orfanorum fletus domine adesto placatus. et auerte.
Domine suscipe singultos. inclina aurem pietatem. et auerte iram tuam.
Domine miseratus adsiste. et cunctorum peccata dimitte. K. et auer(te).

ALIA.

**249** Miserere deus miserere plebi tue a malo deffende miserere nobis [f. 112v] Bone pastor moriens pro grege obes tuas ueniam concede miserere nobis.
Pro peccatis [h]ac delictis nostris adclines te exoramus christe miserere nobis. K.
Rector rerum omnibus succurre et plebem tuam a clade deffende. K. mise(rere).
Virtus magna potentia salus libera nos a gentiles malos. K. miserere.
Mitte domine de celis tuis libera nos de gentis paganis. K. miserere.
Zeli iram reppelle a nobis. et gratiam inpertire cunctis. miserere nobis.
Ne derelinquas plebem supplicantem quam creasti tu domine sancte. miserere nobis.
Christe deus tu sana infirmis. et requiem tribue defunctis. miserere nobis.

ALIA.

**250** [f. 113] Deus miserere deus miserere miserere nobis pro peccatis nostris.
Audi nos clamantes christe iesu bone adtende miseratus nostra exoratus. Deus.
Christe redemtor sancte pius animarum tu exaudi preces ut non pereamus. Deus.
Qu<i> celum fecisti. mare terminasti et omnes fideles tu iam remedisti. Deus.
Pectora pandamus lacrimas fundamus nobis ut succurrat deum exoremus. Deus.
Miseratus dele delicta fideles et ignosce culpam omnem plebem tuam. Deus.
Tu sana infirmis reuoca captibis succurre defunctis pie set celestis. Deus.

ALIA.

**251** Miserere miserere domine miserere miserere domine.
Nos peccamus te rogamus domine. K.
[f. 113v] Te oramus. te precamus. domine. K.

Peccatores. tu exaudi. domine. K.
Pro captibis. te rogamus. domine. K.
Pro infirmis. te rogamus. domine. K.
Pro defunctis. te rogamus. domine. K.
Pro orfanis. te rogamus. domine. K.
Pro pupillis. te rogamus. domine. K.
Pro errantes. te rogamus. domine. K.

ALIA.

**252** Indulgentia deus da nobis ueniam et miserere nobis.
Rex altissime et perenni domine. tu miserere.
Sacerdotibus auditum adcomoda. tu miserere.
Unigenite quem timemus iudicem. tu miserere.
Quem angelice potestates metuunt. tu miserere.
Egros uisita et captibos reuoca. tu miserere.
Nos peccabimus et ad te recessimus. tu miserere.
Et peccantibus miserere domine. tu miserere.
Tu piissime. tu subiectos releba. tu miserere.

[f. 114] ALIA.

**253** Miserator domine tu indulge nobis. parce omnem plebem tuam et exaudi serbos tuos.
Satis ualde afflicti meroribus contriti. cognoscentes delictis te exoramus mittis. miserere.
Ecce seruis domine scelera fatentes a te creatore[m] ueram ueniam expectantes. miserere.
Regis omnibus dele. penitente fabe. eruentes erige per magestatem tuam. miserere.
Aperis cecis uisum. brutis inetellectum. pauperibus subsidium per misericordiam tuam. miserere.
Tu infirmis restaura captibis deffende et sepultis omnibus requiem eternam dona. miserere.
Intende pie pater creaturam tuam et iam non despicias sed inlesos serba. miserere.
Omitte sceleribus conferens coronam auffer honus peccati et da uitam eternam. miserere.

**254** [f. 114v] *ORATIO.* Miserere nobis domine, miserere nobis, et pupillis adque egenis elisis seu peregrinis, mestis [h]ac lapsis solamine[1] tribue clemens. Oppressos releba, dispersos congrega, captibos reuoca, infirmos uisita. Penitentibus re[g]is dele crimina, et uniuersis christianis congrua largire subsidia. Iterantibus et uinctis seu fidelibus cunctis sospitatem animarum et corporum pacis adcumula. Innumerosa nostra dele scelera, et propter magnam misericordiam tuam et defunctis omnibus fidelibus requiem sempiternam propitius dona. Amen.

---

**254** (Br 971) [1] solamine] solamen

**255** *ALIA ORATIO.* [f. 115] Miserere nobis domine miserere nobis, et parce peccatis nostris, quod oramus exaudias, quod deprecamur indulgeas, ad uitam eternam nos perducas. Ut neclegenter facimus orando et ieiunando uel deprecando, indulgentie tue consequi mereamur. Amen.

**256** *ALIA ORATIO.* Miserere nobis domine miserere nobis, et iniquitatum nostrarum clemens copia<m a>bolere. Ut quidquid suadente inimico in huius diei spatio cogitato, dicto uel facto deliquimus, tu qui pius et misericors es ignosce propitius. Ut nocturna euadentes decipula, ad constitutum ministerii [f. 115v] ordinem exurgentes, laudationis tibi iubilum persolbamus indemnes. Amen.

**257** In nomine domini nostri iesu christi in hac nocte eamus et quiescamus cum pace.

## ORDO ANTE LECTULOS

**258** *VRS.* Esto nobis domine in deum protectorem et in locum munitum ut salbos nos facias. Esto nobis domine. Gloria et. Esto nobis domine. Salbos nos fac domine deus noster et congega nos de nationibus. Gloria et honor.
Ut confiteamur nomini tuo et gloriemur in laude tua. Gloria et honor. Benedictus dominus deus srael a seculo et usque in seculum et dicit omnis populus fiat fiat. Gloria et honor.

**259** [f. 116] *LDS.* Alleluia alleluia. Dignare domine noctem istam sine tribulatione et a peccato nos custodire. alleluia. Fiat domine misericordia tua super nos sicut sperabimus in te. all(elui)a.

**260** *IMNUS.*

Tempus sopori[s] congruum
adest, quies sit corporum
stratum rigemus lacrimis
lectum labemus fletibus.

Precelleamur simbolo
succedat hinc oratio
hinc obsculantes inuicem
armemur ipsi per crucem.

Sic fessa membra lectulo
demus sub illo iudice[m]
qui sic quiescentes excubat
ut dormientes protegat.

Disceda<t> [1] turba demonum
liquesce ars [f. 116v] satellitum
per nomen hoc crucis sacre
qui [2] te tuosque dissicet.

---

**258-264** (L 160)
**260** (Br 930 Blume 113) [1] disceda] discedat *Br*, discede *Blu* [2] qui] quae

Auctor[3] creator omnium
procul repelle inuidum
aduersa cuncta dissices
tranquilla queque conferas.
Presta pater.

**261** Credo in deum.

**262** Fiat.

**263** Pater noster.

**264** Deus miserere *VIIII uicibus.*

**265** Miserere nobis domine miserere nobis, et caritatis dulcedine corda nostra perfunde. Quo pacis semper conexione firmati, antico hoste in cordibus nostris aditus non pateat introeundi. Sed sic semper protectionis tue velamine tueamur, ut ubique angelorum tuorum excubiis muniamur. Ut[1] si fessa [..........................................................................................
..........................................................................................................................

[f. 117] <ORDO AD MEDIUM NOCTIS>

**266** Deus in ad(iutorium). Deus in ad(iutorium). Gloria et. Deus in ad(iutorium).

**267** Sicut cerbus desiderat ad fontes aquarum... [f. 118] et deo meo. Gloria.

**268** *CANTICUM GRADUM.* Ecce quam bonum et quam iucundum... [f. 118v] ... in seculum seculi. Gloria.

**269** [*CANTICUM GRADUM*]. Ecce nunc. *Retro quere in conpleta CANTICUM GRADUM.*

**270** Nostra conuersatio fratres karissimi in celis est unde etiam saluatorem expectamus dominum nostrum iesum christum, qui reformabit corpus humilitatis nostre. Verumtamen quod preuenimus [f. 119] idem sapiamus, et in una regula permaneamus. Nos enim sumus circumcisio corde, qui spiritu deo seruimus, et gloriamur in christo iesu deo nostro. De cetero fratres quiqumque sunt uera, quecumque pudica, quecumque iusta, quecumque amabilia, quecumque bone fame hec cogitate, hec tenete et heg agite. Gloria.

**271** *LDS.* Laus tibi domine. Rex eterne glorie.

**272** <*LDS.*> Alleluia alleluia. Media nocte clamor factus est ecce sponsus uenit exite obuiam ei alleluia. Oleum recondite in uasis uestris ut lampades uestre sint accense alleluia.

---

**267** Ps 41 **268** Ps 133 **270** Ph 3,20-21,16,3;4,3

---

**260** [3] auctor] at tu

**265** (L 166v) [1] Ut si fessa < membra quieberint, spiritus tibi uigilet semper. Amen>.

**266-279** Cf. J. Pinell, *Las horas vigiliares...* n.os 1-16

**273** *IMNUS.* [f. 119v]

Quod conuolutis artubus
somno grabatis torpuit,
delisa [1] mens in somniis [2]
turpi[s]que flexu [3] seminis.

Fusis pater piissime
expostulamus fletibus
ut iam recedant sordida
liuidinum fantasmata.

Laba quod hostis polluit,
quod sordidabit innoba,
mundemur omnes hactibus
carnis [4] grauate spiritus.

Presta.

**274** Credo in deum.

**275** Fiat domine.

**276** Pater noster.

**277** Deus.

**278** *MISERATIONES.* Deus miserere deus miserere deus miserere deus miserere. Tu sana infirmos reuoca captiuos collige dispersos subueni oppressos sucurre defunctis. Deus.

**279** *ORATIO.* Misericordiarum tuarum domine imbrem [f. 120] super nos famulos tuos miseratus infunde, et nostrarum inprecationum clamores intendens, omnium dedecor<os>a facinora dele. Fiatque eterne omnipotens deus munus hoc acceptabile in conspectu glorie tue, quod pre ualitudine[s] cunctorum fidelium, pro redditu ad patriam [1] captiborum, pro<col>lectione omnium dispersorum, pro ereptione etiam oppressorum, [h]ac requie[m] catholicorum pausantium ante tuum trementes magestatis offerimus tronum. Ut qui aduentum glorie tue sollicite sustinentes, huius noctis mediato iam tempore ad consuetum psalmodie ministerium exurgentes, nostre tibi [f. 120v] seruitutis facinus [2] exorationum clamores, tu pius adsiste, tu clemens intende, tu propitius fabe, qui solus uim interni nostri desiderii uales considerari [3] facillime. Sentiamus domine itaque ob hoc misericordie tue munere, ubique nos inlesos a demonum cursibus permanere. Ut sic in huius mundi uibamus tenebrosum spatium, quatenus perpetuum diei fruere mereamur lumen eternum. Amen.

---

**273** (Blume 102) [1] delisa] delusa [2] somniis] somnio [3] flexu] fluxu [4] carnis grauate] carne grauati Blu

**279** (L 166v) [1] patriam] propria L [2] facinus] facimus [3] considerari] considerare

## <ORDO PECULIARIS VIGILIE>

**280** *Si iubes, conple.*

**281** *VR.* Surge lauda in nocte in principio uigiliarum tuarum. effunde sicut aqua cor tuum in conspectu domini. Leba ad deum manus tuas pro remedio [f. 121] peccatorum tuorum.

**282** *Post hec dicit III canticos.*

**283** *CANTICUM DE LIBRO ESDRE.* Queso domine deus celi fortis magne... [f. 122] ... uirum hunc.

**284** *XXII.* Deus altissimus magnanimis miserator... [f. 123v] ... et tibi est gloria in secula seculorum.

**285** *CANTICUM IESU FILII SIRACH. XXIIII.* Miserere nostri deus omnium et respice nos... [f. 125] ... conspector seculorum.

**286** *Post hec recitabis caput canticis cum.* Gloria.

**287** Gloria et honor patri et filio et spiritui sancto. Queso domine deus celi fortis magne adque terribilis qui custodis pactum et misericordiam cum his qui te diligunt et custodiunt mandata tua. Sicut erat in principio et nunc et semper. Deus altissimus magnanimis miserator et multe misericordie patiens super mala hominum. Et in secula seculorum. Amen. Miserere nostri deus omnium et respice nos et hostende nobis lumen miserationis tue.

**288** *Post hec dicit:*
*ORATIO.* Rex noster et deus noster, uerba supplicum tuorum propitiatus intende, et in principio uigil<i>arum tuarum [f. 125v] ad te cum deuotione currentes exaudi. Ut per multitudinem misericordie tue domum sanctam tuam introire, ibique laudes tuas mereamur frequentius in tuo cantare timore. Amen.

**289** *Post hec recitabis VIIII salmi de ordine psalterii. Deinde hunc r(e)s(ponsum).*

